

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Peccatum t
cum fonte primo

Peccare in Spiritum sanctum est
per malitiam et inuidiam
fraternam impugnare caritatem.

Ambrosius in libro de Spiritu sancto.

Et hoc est fortasse
peccare in spiritum sanctum, id est
per malitiam et inuidiam
fraternam obpugnare caritatem
post acceptam gratiam spiritus sancti,
quod peccatum dominus neque hic
neque in futuro saeculo dimitti dicit.

Augustinus Hipponensis, *De sermone
Domini in monte*, 1, 22, 75 (CCSL 35,
A. Mutzenbecher ed., p.84, ll.1829-
1832).